ut vnquam cum eodem ad agendum quicquam habens invasit
hospitium ipsius olim Martini Borowski velut do
mum ipsius propriam apud famatum Gregorium dictum
Grigier Cirulicum et Civem Premisliensem ibidemque in eodem hospi
tio violenter irruit super ipsum manu forti et armata
enagmatoque gladio eundem vulneravit intulitque eidem
vulnera fixa novem profunda ad apariciones intesti
norum a quibus vulneribus mortuus est que vulnera
ultis prefatus cum dictis nobilibus videt debiteque con
spexit pro quo capite sic crudeliter occiso et interempto
ex parte consanguineorum et amicorum prefati olim Martini
Borowski ipse ultis prefatum Bartholomeum Lychowsky et com
plices eius prefatos lamentabiliter ac publica voce pro
clamavit ac inculpavit quia ipse Lychowsky cum
complicibus suis prefatum olim Martinum Borowski
occidit et de vino mortuum fecit que ita et non aliter fieri
gestaque esse prefatus ultis recognovit et nobiles prefati
ultis ipsius ultis sua personali recognicione attestati sunt

Posita citto ex parte kosnar super Stro sky

14/XII. Actum in castro Premisliensi feria sexta post festum San
cte Lucie proxima Anno 156 quinto
providus Mathias Pizlaplica de sub castro Premisliensi mi
nisterialis terrestre Premisliensis unacum providus Joannes Bedel
lo Civili Premisliensi habens secum nobilem Mathiam Borkow
sky in vim relationis fidelis eorum quocumque judicio vel officio terre
stri et Civili faciendi publice recognovit quia de hodierna
citatione litteralem procuratoris et consulis oppidi Ropczyce in ma
nus famati Valentini Strosky prout in Civitate Premisl
existentem tradiderunt necnon etiam eidem coram eodem officio consu
lari oppidi Ropczycensis pro feria tercia proxime ventura in
instantiam terminum compareri ad instanciam famati Martini
Kosner Civis Premisliensis et coniugis eiusdem honestae Hedvi
gis prefixerunt et assignaverunt que ita et non aliter ipse
ultis cum prefato Bedello fieri et gesta esse recognovit no
bilesque prefatus ultis ipsorum sua personali recognicione sibi
attestatus est

Pallatis podolie Quietat de 5500 fl. Bledowski

18/XII. Actum in castro Premisliensi feria tercia post festum Sancte Lucie
proxima Anno 156 quinto

Coram officio et actis presentibus castrensibus capitalibus Premisl. stans
personaliter Magnificus Joannes Starzechowsky de Starzechowyce 141.
Pallatinus terrarum Podolie generalis Samborensis Drohobicensis
Capitaneus recedens a terris et districtibus suis quibusvis
et se hinc iuri et officio castrensi Premisliensi unacum bonis ac succes
soribus suis omnibus incorporans et subiciens publice palam et per ex
pressum recognovit quia est sibi totaliter et plenarie satisfa
ctum de summa quinque millium et quingentorum florenorum pecunie
a quondam Dobrogostio Bledowsky quam habuit super bonis
ville Luthorzysz actis castrensibus Zidaczoviensibus modo obligatorio
inscripta et assecurata racione cuius satisfactionis inscripcionem
castrensem Zidaczoviensem super bonis ville Luthorzysz in summa
prefata quinque millium et quingentorum florenorum pecunie sermonem
cassat mortificat et nihilum convertit ac eundem Dobrogostium
Bledowsky de prefata summa quinque millium et quingentorum
florenorum pecunie prefatus Magnificus Pallatinus Podolie quietat
et liberum facit sibique et suis posteris pro premissis omnibus
perpetuum facit et imponit silencium ac de eisdem bonis ville
Luthorzysz totaliter et plenarie condescendit super quod ultimo po
situm est

Bledowsky tt. equum Pallatino podolie

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus
Capitalibus Premisliensibus Generosus Dobrogostius Bledowsky
recedens a terris et districtibus ac iuribus suis quibusvis et
se hinc iuri et officio castrensi Premisliensi unacum bonis ac succes
soribus suis omnibus incorporans et subiciens sanus mente et cor
pore exempto publice palam et per expressum recognovit
quia Magnificus Joannes Starzechowsky de Starzechowyce Palla
tino terrarum Podolie generalis Samborensis Drohobicensis Capita
et eius successoribus inscribit et obligat se ipse prefatus Dobro
gostius Bledowski cum suis posteris super omnibus bonis suis
hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per
eum quodlibet habitis et possessis eidem prefato Magnifico Pal
latino Podolie et eius successoribus dare complere et in ma
nus tradere equum bene valentem sive castratum sive non
pro arbitrio sue magnificencie hinc pro feria sexta cuiusvis pro
xime ventura anno proxime futuro currenti sub va
dio ville florenorum pecunie casu quo si prefatus Dobrogostius
Bledowski vel eius successores prefatum equum bene valentem
pro tempore et die superius expressis seu constituto et in inscripcione
presenti contento prefato Magnifico Pallatino Podolie et eius